

Lucianus Samosatensis

## **Aliqvot Dialogi Lvciani**

Daventriae: Apvd Albertvm Pafradv. m., Mense Septembri. Anno M.D.XXVIII

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1788673492>**

Druck Freier  Zugang





Sum Georgij Rerchij  
Satellari kniphoviesis  
Dionectis grammatice opus  
Donatus de octo orationibus

<sup>facile</sup>  
Stichologia seu scribeo 7

<sup>versum</sup> <sup>vatis</sup> 7 <sup>verte</sup> <sup>insti</sup>  
<sup>tium</sup> <sup>india</sup>. Et <sup>emo</sup>  
<sup>miam</sup> <sup>ph</sup> <sup>Autore</sup>  
Christo phoro Grego doctissimo

Francisci barbari patricij  
veneti oratoris clarissimi

De re vponia libri duo  
Loci communes sententiosorum

<sup>versum</sup> <sup>de</sup> <sup>tribullo</sup> <sup>canillo</sup>  
<sup>7</sup> <sup>omnio</sup> Murrello collectore

Farrago epigramatum philippi  
Bellii grammatice

Conflagratio templi antuerpiensis

<sup>Cor. m.</sup> <sup>Shaphei</sup>  
Gerardi Buroletiani pro ebrieta

<sup>h. oratio</sup>  
Aliquot dialogi laticiani versi a petro  
cesaris gratulatoria acclamatio pfeba  
Hilla




21. 11.

Cd 4356<sup>1-10</sup>.

~~C. II. e. 3883<sup>1-10</sup>.~~

XIX X

17  
2  
low  
im  
pe  
en  
30  
er  
18  
Bl  
ne  
e  
10  
f  
17  
18  
id  
on  
19  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20



ALIQ VOT DIALOGI  
LVCIANI in linguam latinā  
traducti, PETRO NAN-  
NIO interprete, Alcma-  
rie bonas literas  
profitem-  
ur.

Ex  
Bibliotheca  
Academica  
Rostochiensis



# PETRVS

NANNIVS PHRISONICAE IVVENA-

tuti salutem plurimam dicit.

**C**onstitueram optimi adulescentes hoc quicquid est libelli meo Henrico consecrare, ut primitias ingenij mei primus inter amicos haberet, uerū huc me euntem aliò retraxerunt hypodidasalorum consilia, qui mihi auctores fuere, ut amia offitio paulisper intermisso, hos undecim dialogos nulli quàm uobis ipsis dedicarem, quo occasionem haberem uos alloquendi, docendiq; quàm falsa de me sparserint, qui uobis persuasere me rem scholasticā deseruisse, atq; aliò in oäum concessisse, quasi hinc abeundi mihi sit integra facultas, quasiq; pro nihilo habeam fidem meam reipublicæ Alcmariæ etiam autographo oppignoratam, quam, ut animus maxime adsit, fallere nō possumus, nisi cum summo nostro damno. Finge me istud conari, finge discedere, cui patrimonium relinquam, quod hinc moueri non potest, nisi iratæ reipublicæ. Pròinde ne in posterum idem ualeant mendacia quod nunc ualere id omnibus cognitū uelim, meam operam recipi. Alcmariæ plusquam biennium obstrictam esse, nec mihi liberū esse, ut hinc demigrem, aut alias fortunas, circūspiciam.

VALETE.

A ij



LVCIANI  
PROMETHEVS, IVPITER.

PROM.



Olue me Iuppiter misere iam affectum. IVP. Quid solua te inquis quae equum fuerat grauioribus astrictum unculis, toto Caucaso capiti imminente, id sustinere, ut non solum tibi recur ab undecim uulturibus discerpatur, sed et oculi eruantur, qui nobis animalia istiusmodi homines salicet finxisti, ignem suffuratus es, mulieres condidisti, ut omittam interea me in distributione carniuum a te circumuentum quomodo ossa mihi apponeres pingui desuper intacta, tibiq; partem eam quae potior erat reseruare. PRO. Nunquid non satis supplicij dedi tanto iam tempore huic Caucaso affixus, alens meo ipsius iecore sceleratissimam auem. IVP. Ne centesima quidem ista pars iusti supplicij. PRO. Ceterum Iuppiter non gratis me solues, indicabo enim tibi res mirum in modum necessarias. IVP. Deapies me Prometheus. PRO. Ecquid inde mihi lucrari, non ignorabis credo ubi tibi Caucasus consistat, neque deerunt uimacula, si dolo tecum egisse deprehendar. IVP. Dic prius, quam, quae nobis necessaria sit, gratiam repones. PROMET. Si dixerero quorsum nunc eas, an non fidem emerebuntur reliqua mea uaticinia? IVPPI. Quid ni? PROME. Ad Thetim proficisceris, ut rem cum illa habeas. IVPPI. Bene tu quidem, sed quorsum ista, uideris enim mihi nescio quid ueri dicturus.

## DIALOGI

**PR.** Nihil tibi commercij sit cum Nereïde Iuppiter, nam si illa ex te uterum tulerit, is qui eo partu prodibit, faciet eadem tibi, quæ tu Saturno. **I V P.** Illud scilicet dicis, me imperio priuatū iri. **PR O.** Absit quidem Iuppiter, uerum tale quiddam istæ consuetudo mimitatur. **I V P.** Valeat igitur Thetis, teq; ob ista Vulcanus è uinculis eximat.

### APOLLINIS ET VVLCANI.

VV L.

**V**idisti'ne Apollo Maiæ infantulum, non ita pridem natū quàm satus, quamq; omnibus arrideat, iam nunc iudiciū de se dat, sese egregiæ probitatis futurum. **APOL.** Illum'ne ego infantulum, illum aliquando probum futurum dicam, qui quantum ad uasfriciæ uel Iapeto antiquior est, ac magis ueterator. **VV L.** Qui istuc locum habeat in modò nato infantulo? **APOL.** Disce illud ex Neptuno, cui tridentem suffuratus est, aut si libet ex Marte, nam et huic gladium è uagina subduxi t, ut de me taxam, quem nudum reliquit arcu et sagittis exarmatū. **VV L.** Istāne infans qui uix atq; egre sese in cinis uersat. **APOL.** Senties Vulcanæ, modò propius accedas. **VV L.** Accessi inquā. **APOL.** Quid habes igitur instrumenta omnia, nihil quæ eorum perijt? **VV L.** Omnia habeo. **APOL.** Circumspicæ diligenter. **VV L.** Per Iouem forcipem non uideo. **APOL.** Atqui illam uidebis apud infantem in

A iij

LUCIANI

*anis. VVL. Itā ne manibus uncis est, ac si in utero su-*  
*randi artem plene meditatus esset. APOL. At nondū*  
*audisti, quā blande facunda uolubiliq; sit lingua, ac*  
*promittit nobis sese ministrum fore, heri autem Cupi-*  
*dinem prouocauit, quem & statim lucta deuicit, pedi-*  
*bus, nescio quo pacto, subductis: ibi quōm laudaretur,*  
*Veneri æston surripuit, ipsum ob uictoriam amplexan-*  
*ti, ob ista ut par erat Ioue renidēte, scēptrū adortusest,*  
*nimirū & illud sublaturus, nisi fulmē ignitius grauius*  
*q; fuisset. VVL. Prodigiosum mihi puerum narras.*  
*APOL. Verum, at non solum ista in re, nam & mus-*  
*ficus est. VVL. Vnde istam coniecturam facis. AP.*  
*De inuenta testudine organum fecit, iugo cubitisq; ada-*  
*ptatis, deinde calamos induxit, substructo prius uelut ta-*  
*bulato, quod septem intentas chordas supra sese sustine-*  
*ret, mirum Vulcane quā hinc lepide, eruditeq; modu-*  
*labatur, ita ut me inuidia tangeret, iam olim in re citha-*  
*roedica detritum. Illud etiā addebat Maia, eum neque*  
*per noctem in cœlo manere, sed præ aurositare ad infē-*  
*ros descendere, nimirum & illinc quippiam suffuratus*  
*rus, præterea alatus est, ac uirgam fecit mirificæ poten-*  
*tis, qua & animas in uitam euocat, & umbras deducit.*  
*VVL. Atqui ego illam illi dederam, ut haberet quo lu-*  
*deret. APOL. Bene igitur in forcipe mercedem re-*  
*posuit. VVL. Euge quod de forcipe meministi, eo igi-*  
*tur recepturus eam, si ut dicis in cunis reperitur.*

## DIALOGI

### VVLGANI ET IOVIS.

VVL.

**Q**uid est, quod me uis facere Iuppiter, affero enim ut iusseras bipennem acutissimam, IV P. Euge Vulcane ita mihi caput distice, ut bipartitum sit. VVL. Tentas tu me num insaniam, prouid id iube quod uere uis fieri. IV P. Hanc caluariam mihi discari uolo, quod si isthic mihi obsequium negas, uide ne me plusquam semel iratum sentias, ceterum ferendum est, quantum potes. impresseiore ictu, differror enim doloribus, qui mihi caput distorquent. VVL. Vide Iuppiter, ne quid mali faciamus, acuta enim est securis, neque citra sanguinem obstetricabitur tibi. IV PPI. Fac adigas solum, cetera securus, noui enim quid isthic expediat. VVL CAN. Inuitus quidem defigam tamen, quid enim facias, ubi tu id iubes, quid hoc? puella obarmata, non leue malum Iuppiter in capite circumferebas, nimirum hunc tibi tam prona iracundia, qui quidem tantam sub cerebri membranula puellam fouebas, eandemq; obarmatam, an tu ignorantibus nobis non tam caput quam castra gerebas, illa uerò pyrrhicham saltat, quassabundo chypeo, hastaque uibranti, plena bellici furoris, uide autem breuissimo tempore, quam pulchra nubilis que euasit, cui oculi pulchre ex ceruleo uirent, sed hoc ipsum commendat galea, quapropter Iuppiter hanc mihi

A iij

¶ Vel uno in lapides distice

LUCIANI

pro obstetricatione uxorem desponde. IVP. Poscis quod fieri non potest, optat enim se perpetuo uirginem, ceterum quod ad me attinet, nihil contra dico. VVLC. Hoc te uolebam, cetera deinde mihi curae erunt, quin ipsam iam rapio. IVP. Si id tibi facile, facias. uerum sat scio te id amare, quo frui non poteris.

IOVIS, AESCVLAPII, ET HERCULIS. IVP.

**A**bsistite Ascalápi, & tu Hercules hominū more inter uos rixari, turpe enim id atque alienū à deorum conuiuio. HER. Quid Iuppiter, an hūc ueneficum uelis supra me accumbere? AES. Immo per Iouem, ut qui te multo praestantior sim. HER. Quare tu de caelo tacte, an ideo quod te Iuppiter fulmine percussit, nefaria molientem, & nunc miseratione quadam in communionem diuinitatis admisit? AES. Oblitus es, ut audio, ipsum te in Oeta monte combustū, qui mihi de igne conuiciū facis. HER. Par credo utriusque & similibus uita, mihi à Ioue prognato, qui tot labores exantlaui, seculum purgavi, belluas edomui, nefarios homines supplicio affeci, & tibi radicem euulsori, circulatori quoque, tum demum fortasse utili, quomodo pharmacum dandū est, alioquin quid quod uiro dignū est praestitisti? AES. Bene dicis, qui tibi, quomodo primum huc ascenderas etiam dum à tunica & à rogo incensus semiustulatusque, flamma ad eas partes ad sanitatem reduxi. Ego

DIALOGI.

uero si nihil aliud sit, neq; seruitutem seruiui, neq; pen-  
sum absolui in Lydia, purpuram indutus subinde pla-  
gas accipiēs ab Omphale sandalijs aureis, neq; per in-  
saniam liberos aut uxorem trucidauit. HER. Nisi de-  
sinas conuiciari, senties statim quā parum tibi pro-  
fit immortalitas ista, ubi te arreptum prācipitemq;  
datum ē cœlo deturbauero, ita ut caluarie comminute  
ne Paesion quidem ullam opem tulerit. IVP. Quiescite  
inquam, neque in hoc sodaliō turbas ciete, alioquin u-  
trunq; ē conuiuio relegabo, uerum tamen Hercules par-  
erat Aesculapiū superiori loco accumbere, ut qui prior  
sit mortuus.

IVNONIS ET LATONAE.

IV.

QVAM pulchros Ioui peperisti liberos. LA. Non  
oībus hoc datur, ut tales pariāt, qualis hic tuus  
Vulcanus. IV. Verum claudus iste multū pu-  
blice prodest, qui pe ut artifex est prāstantissimus, ita  
cœlum exornauit egregijs operibus, Veneriq; maritus  
est, eidemq; eximie charus. ex tuis autem liberis altera  
quidem nimis agrestis ac mascula, quam deniq; in Scy-  
thiam digressam, quidnam comedat, mactātis hospiti-  
bus, quis est qui ignorat? imitans in hoc hominum uo-  
ratores Scythas. Apollo uero ita se gerit quasi iaculan-  
di, cytharæ, medicinæ peritus sit, ac uates existat, con-  
stitutus ad hoc oraculorū officinīs, tum Delphis, tum in

A v

## LUCIANI

Claro & Dydimis, ac eos qui scitatum adueniunt, frustratur obliqua, & quæ in utranq; partem interpretari possent, respondens, ut error periculo careat, atq; istiusmodi arte diuitias parat, multi enim uecordes seipso præbent prestigijs illudendos, ceterum non fallit aliquanto prudentiores, quom totiens impingat, falsa denunciando, atqui uates iste occisurum se disco amasium ignorabat, neq; prædiuinauit se à Daphne fastiditum iri, quauquam & pulchrum & pulchre comatum, quapropter nihil uideo, cur te Niobæ præferas uel forma, uel numero liberorum. L A. Iste quidem liberi, & illa hospitum necatrix, & iste futilis diuinator, nescio qui fit, ut te urant tantopere, quom inter deos spectantur, ac tum præcipue, quom ista de pulchritudine laudatur, ille uero citharam pulsans, omnibus de se admirationem relinquit. IV. Ille admirandus, nequeo non ridere, quem Marsias (si Musæ ex æquo sententias tulissent) excortasset. Pulchra uero ista tua uirgo, tam pulchra est, ut ubi se cõpererat ab Acteone spectatam, illi canes inmisit, metuens scilicet, ne iuuenis proderet turpitudinem formæ, ut interim omittam, quod neq; se parturientibus obstetricem locaret, si uirgo esset. L A. Præferocis animi es Iuno, idq; illa de re, quod cum Ioue simul & dormis & regnas, eoq; securiter contumeliam facis, uerum ita non multo post uidebo te rursus lachrymabundam, ubi te derelicta descenderit, olor qui sapiam aut taurus factus.

DIALOGI

IOVIS ET SOLIS.

I V P.

**Q**uid fecisti Titanū pessime, perdidisti quicquid in terra est rerum, stolido adulescenti commisso curru qui ista, terram propemodum radens, combussit, illa, longius submoto igne, frigoribus corruptit in summa, nihil est quod non concusserit confuderitq; ac nisi illum re intellecta fulminibus deicasset, nihil iā reliqui de hominibus superesset, tam probum tu nobis aurigam rhedariumq; allegaras. SOL. Peccatum est Iuppiter, uerum ne id grauius accipe, si cæsi filio sine fine supplicanti, tantum enim mali unde poteram suspicari? I V P. An tu ignorabas quanta isthic peritia opus erat, quāque nihil incolume, si uel parum de uia excesseris, an te latebat ferocitas equorum, quantopere lupatis retinendi, quibus si uel parum indulgeas, rebellantur statim, uelut hunc raptarunt, quōm in dextram, mox ad sinistram, nunc contra uiam relapsi, sursum deorsum ac prorsus ut libuit, sese agitarent, nihil hunc audientes imperij impotentem. SOL. Nōram ista, diuq; reluctabar, neq; illi cōmittebam currum: uerum quōm una mater Clymene cū lachrymis obtestaretur, iuuenē in currum subduxi, admonitum tamen prius, quā illi iter foret, quatenus que se attolli permetteret, quantum que descendendum, ac quā acriter illi opus esset retentis habentis,



LUCIANI

Et ut nihil indulgeret ferocitati equorum, quantique periculi esset, nisi recta incederet, ille uero puer uidelicet tanto igne consensu, oculisque per præceptis deiectis in tam late patentem profunditatem, obstupescit illico, equi uero ubi non me esse qui ascenderat sensere, adulescentulo contempto de uia excedunt, ac tanta male perpetrarunt, ille uero omisis retinaculis ne excideret reformidans, cantho curulis sellæ inhaerebat, ac pernam iam dedit, mihiq; luctus iste ò iuppiter sufficit. IVP. Sufficit inquis qui talia sis ausus? uerum nunc quidem tibi ueniam impartior, in posterum uero si quid simile commiseris, aut talem pro te uicarium substitueris, actutum senties, quantum tuo igne hoc meum fulmen ignitius, illum igitur germanæ apud Eridanum sepe liant, ubi de curru ciectus est, illiq; per lachrymas electrum instillent, luctuq; in populos conuertantur, tu autem restaurato uehiculo, nam temo diffractus est, atq; altera rotarum, equos iugo subde, currum age, uerum ita ut omnium istorum sis memor.

APOLLINIS ET MERCVRII.

APOL.

**D**ic mihi, si potes, uter horum Castor sit, uter Pollux: Ego enim per Iouem alterum ab altero nequeo internoscere. MERCV. Qui heri apud nos agebat Castor erat, iste uero Pollux. APOL. Quo

## DIALOGI

*istuc discrimine intelligis, quum similes sint.* MER-  
 Iste quidem Apollo uulnerum cicatrices in facie reti-  
 net, ab aduersariis inter pugillandum influctas, ac illas  
 precipue quas Bebryx intulit Amyci filius, quom ille  
 Iasoni comitatum praeberet, unã cum ipso nauigans,  
 in altero uero nihil tale notabis, est enim puro uultu,  
 nihilq; mutilato. APOL. Non mediocriter me iuuã-  
 sti, qui mihi ista indicia docueris, quandõ quidem reli-  
 qua omnia utriq; cum altero mirificè conueniunt ouum  
 dimidiatum, stella in uertice, lancea in manu, & equus  
 utriq; albus, ita ut hunc sepius Castorem salutãrini  
 quom Pollux esset, & Castorem Pollucis nomine, uerũ  
 & illud mihi dices, qui fit ut nunquam pariter adsint,  
 uerum ex dimidio tantum, ac uelut per partes, nunc ille  
 mortuus, nunc iste deus. MERC V. Id fraterna pie-  
 tas facit, quom enim in fatis esset, ut alter ex Ledæ fi-  
 lijs moreretur, alter immortalis existeret, immortali-  
 tem inter sese bipartiti sunt. APOL. Non bene con-  
 sulta partitio, siquidem neq; hoc pacto futurum, ut sese  
 mutuo conspiciant, quod illos maxime desyderasse exi-  
 stimo, qui enim? quom hic apud superos, ille apud infe-  
 ros agat. Verum quemadmodum ego uates sum, Aescu-  
 lapius medicus, tu palestræ magister, ac in pueris insti-  
 tuendis egregius, deniq; ut singuli deorũ singulas ar-  
 tes habent, quibus aut diis aut hominibus opitulantur,  
 ita isti tandem quid commune facient, an ambo simul o-  
 ciosi epulabuntur? MERC V. Nequaquam, sed hoc

LUCIANI

*in mandatis habent, ut Neptuno inseruiant, ac per Pe-  
lagus obequent, incolumes praestituri sicubi nautas  
uiderint tempestate laborantes. APOL. Artem mihi  
bonam & salutarem praedicas.*

CYCLOPIS ET NEPTVNI.  
CY.

**O** Pater quam misere affectus sum à scelerato hos-  
piti, qui me temulentum excaecauit per so-  
mnum adortus. NEPTV. Quis ista ausus est  
Polypheme? CYCLO. Principio quidem se Nullum  
dicebat, post ubi elapsus est, atq; iam extra teli iactum,  
Vlysses inquit appellor. NEPT. Teneo Ithacensem  
dicis, qui è Troia renauigat, ceterum qui istuc potuit  
homo non satis strenuus. CYCL. Deprehendi in  
antro à pastu regressus homunculos aliquot, nimirum  
ouilibus insidiantes, postquam uero ianuae obdi-  
dideram operculum, est autem illud ingens saxum, in-  
gnemq; incenderam, comburens arborem, quam è mō-  
te deportaueram, iam ad lumen patebant illi, qui sese  
in latebras abdiderant, ibi ego corripui quosdam (ut  
par erat) deuorauiq; praedones scilicet, interim mihi  
uaserrimus ille, siue Nullus siue Vlysses erat, pharma-  
cum quoddam infudit, mihiq; ut bibam porrigit, dulce  
quidem id, florentiq; odore, sed pellacissimū & ad tura-  
bandum mire efficax, statim enim mihi qui biberam o-  
minia in orbem rotabantur, atq; ipsa spelunca circum-

DIALOGI.

agebatur, ac cum iam nullo pacto mei compos eram, in  
 Somnum arreptus sum, ibi ille praeustam exacuens su-  
 dem dormientem me exoculat, atque ab illo usque tem-  
 pore luminibus careo. NEPTVN. Proh fili quam  
 altum dormiebas, qui in ipsa excaecatione non exilijsti,  
 Ceterum Vlysses quo pacto euasit, sat enim scio, illum  
 non potuisse dimouere saxum à ianua. CYCLOPS.  
 Immò ipse illud abstuli, quo melius egredientem inter-  
 aperem, consistens igitur pro foribus, sedulo captas  
 bam protentis manibus solas oues in pastum trans-  
 mittens, arietique mandabam quanta nunc ipsum pro  
 me subire oporteret. NEPTVNVS. Rem teneo,  
 sub illis latitans clanculum emerisit, uerum alios Cyclo-  
 pas aduersus illum inclamasses. CYCLOPS. Qui-  
 ritauī pater, ac succurrerunt, percuntati autem de  
 nomine insidiatoris, ac me dicente Nullum illum esse,  
 insanire me credentes, alius aliò dilabatur, ita me scele-  
 ratus ille nomenclatura decepit, uerum illud mihi  
 multo ægerrimum fuit, quod dum hanc calamitatem  
 mihi exprobraret, hoc etiam adiecit: neq; tibi pater  
 inquit Neptunus medebitur. NEPTV. Bono sis a-  
 nimo fili, tuas uices ulciscar, ut sciat, me (si orbitatio-  
 culorum remedium non habeo) nauigan-  
 tes & seruare & perdere posse,  
 atq; id omnino mei numinus  
 esse, quin ipse dum  
nauigat.

*et dicitur f. 2  
 hypoth. 100*

LUCIANI

ALPHEI ET NEPTVNI.

NEPTV.

**Q**uid hoc Alpheie, quod solus præter alios in mare illapsus non admisceris salo, ut reliqui fluij pro consuetudine habent, neq; semel effusus interquiescis, sed per mare tibi adhuc constans dulcisq; decurris, nihil etiam tum admixto uiciatus, ac nescio ubinam infra fundum demersus, mox, uelut lazrus aut herodius quispiam, emicas denuo, teq; luci restituis. ALPH. Amoris ista res Neptune, ac ideo ne uicio dederis, quippe qui et ipse non semel amaueris. NEPTV. Caterum Alpheie, mulier'ne est an nympha tua ista dilecta, an Nereidum una? ALPH. Immo fons est Neptune. NEPTV. Vbi ergo terrarum fluit? ALPH. Insularis est, cui Sicilia patria, Arethusam autem uocant. NEPTV. Noui Arethusam nequaquam turpem sed quæ perlucida sit, cuiq; scatebræ per purum decurrunt, aquamq; quasi gratia quadam commendant lapilli interlucentes. ALPH. Probe nosti fontem, eò me confero. NEPTV. Perge igitur ac feliciter ames, uerum illud mihi dices, ubinam tu qui Arcas sis, Arethusam uidisti? ALPH. Festinantem detines tam curiosa percunctatione. NEPT. Bene dicis, contende ad amicam, ac subsidens infra ipsum mare, concordi fonti temet admisceas, atq; ex ambobus fiat una aqua.

Menelai, &

## DIALOGI

### MENE LAI ET PROTEU NENEL.

**A**Tquam te fieri Proteu marinus cum sis nihil incredibile, neque illud intolerandum, quom te uel arborem uel leonem reddis, uerum illud supra fidem est, te in ignem demutari, qui in mari habites, illud igitur ut maxime admiror, ita neutiquam credo. **PROTEVS**. Ne admireris Menelaë, id enim fio. **MENE**. Vidi inquam ipse, ceterum uideris mihi, quod quidem apud te dictum uelim, adhibere in rebus istis præstigia quædam, atq; oculos deludere spectatorum quom ipse nihil tale fias. **PROTE**. Qui istic fraus esse possit, in rebus usque adeo manifestarijs num apertis oculis contemplatus es, quam diuersame fecerim, quod si mihi non credis, ac rem pro falso habes, nihil que esse nisi apparentiam quandam sese oculis ingerentem, ubi ignis fuero, tum tu generose mihi manum admoue, senties enim an specietenus ignis sim, an uis comburendi mihi uere adsit. **MENELA**. Istud experimentum periculo non caret. **PROTE**. Tu uero Menelaë neque polypum mihi unquam spectasse uideris, neque scire quo ingenio sit piscis ille quosque affectus in se recipiat. **MENELA**. Polypum quidem uidi, mores uero illius & quid agat libenter ex te discerem. **PROTEVS**. Cuicumq; saxo sese implicuerit iniectis acceptabilis, illi se confor-

*flagellio*

B

## LUCIANI

mem reddit, proq; colore saxi sese immutat, ut ita piscatores frustretur quom internosci nequeat, quippe qui iam per omnia similis sit lapidi. MENELA. Aiunt ista, uerum istud tuum multo incredibilius. PROTE.

Nescio cui credas Menelae si oculis tuis non credas. MENELAVS. Vidi inquam

uidi, uerum prodigiosum

est eudem & aquam

& ignem

fieri.

## PANOPES ET GALENES.

### PANO.

Vidisti Galene quid heri Eris fecerit supra coenam in Thessalia, eo quod non inuitata fuerat ad symposium. GALENE. Non aderam in cena, iusserat enim Neptunus ut id temporis mare tranquillum seruarem, atq; hoc meae cura demandaerant, ceterum quid Eris molita est, quom ibi non adesset. PANO. Iam Thetis & Peleus in thalamum abierant ab Amphitrite & Neptuno deducti, Eris interim clam omnibus (quod quidem & facile poterat) quom isti biberent, illi saltitarent, pars Apollini qui cithara canebat, operam daret, pars Musis quae uoce modulabantur, Eris inquam interea inijcit in conuiuium maulum eximia pulchritudinis, atq; ex solido auro, hoc titulo inscriptum, pulcherrima accipito, id cum uoluta

## DIALOGI

retur, uelut ex composito tandem eò deuenit ubi Iuno  
 Venus & Pallas accubitus habebāt, ibi quom Mercuri  
 us sumpto in manu pomo eius literas perlegisset, nos  
 quidem Nercides taate agebamus, quid enim faceres  
 illis praesentibus? illarum uero seorsum sibi quae que  
 hoc malum uindicabat, sibi quae deberi contendebat,  
 ac nisi Iuppiter intercessisset, ad uerba usque deuen-  
 tum foret, ipse uero meum iudicium inquit non inter-  
 pono, nam illi enixe illius sententiam flagitabant, sed  
 abite inquit in Idam ad Priami filium elegantiae curio-  
 sum, spectatorem que formarum, cuius sententia ne-  
 quaquam aberrauerit. GALENE. Quid igitur  
 de illa. PANOP. Hodie ut opinor ad Idam abie-  
 runt. GALENE. Cuius nuncio certiores siemus  
 penes quam uictoria fuerit. PANOP. Immo iam tibi  
 renuncio, nemo in ista lite Ve-  
 nerem superauerit,  
 nisi arbiter  
 plusquam cae-  
 tuiat.

## TRITONIS, AMYMONES, ET NEPTVNI.

### TRITON.

**A**D Lernam Neptune quotidie aequatum uenit  
 pulcherrima rerum puella, non enim me me-  
 muni pulchriorem uidisse. NEPTV. Qua

B ij



LUCIANI

conditione aquatrix ista liberá ne an serua? TRITON.  
 Nequaquam serua, sed Danaï filia una ex quinquaginta illis, ipsa uerò Amymone appellatur, nam de nomine illius & de genere percunctatus sum, Danaus uerò filias suas duriter habet, & ad operas asuescit, ac quatum emittens, alijs que in rebus occupatas habet.  
 NEPTVNVS. Solá ne tantum itineris obit ex Argo ad Lernam usque? TRITON. Sola inquam, non sti enim quam siticulosum sit Argos, & quanto pere illic a quatione indigeant.  
 NEPTVN. Non parum mihi Triton concitasti pectus tua ista de puella narratione, eamus igitur ad illam.  
 TRITON. Nam illam existimo dimidium itineris confecisse dum ad Lernam properat.  
 NEPTVN. Currum igitur iunge, aut si id nimij temporis est, dum equos capistres, currum instruas, delphinem affer qui perniciosissimus sit, ut illuc quantum potest adequitem.  
 TRITON. En tibi uelocissimus delphin.  
 NEPTVNVS. Euge admitamus equum, tu autem me natnado assequere, atque ubi Lernam contigerimus, ego alicubi in insidijs consistam tu illius aduentum de specula obseruato.  
 TRI. Etiam tibi in proximo.  
 NEPTVNVS. Pulchra atque in ipso etatis flore puella est, nimirum rapientada.  
 AMYMON. Heus homo quorsum me rapis, plagarius es tu, submissus que (ut apparet) à patruo meo Aegypto, quapropter patrem inclamabo.  
 TRI. Tace Amymone, Neptunus est.  
 AMYMON.

DIALOGI

Quid Neptunum dicis, homo cur mihi uim facis, atque  
in mare detrahis, misera in undis praefocabor. NEP.

Bono sis animo Amynone, nihil graue  
passura, quin hic fontem produ-

cam tibi cognominem, ubi

saxum hoc quod ad

crepidinam con-

sistit tridente

perasse

ro,

felix eris,

ac sola ex so-

roribus tuis aquam

non hauries, ubi uitam

finieris.

τ ε λ ο ς .

B ii

DAVENTRIAE, APVD AL-  
BERTVM PAFRA-  
DVM.  
MENSE SEPTEMBRI,  
ANNO

---

M. D. XXVIII.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic, visible along the left edge of the page. The text is partially obscured by the binding and appears to be a list or index of entries, possibly related to the adjacent page. Some words are written in red ink (rubrication).



in  
S  
D  
de me  
hnti **li**  
pu  
edac  
but to  
m  
w



DIONIDES

BELLUM QU  
MMA CICIL

Dionides et  
Farrago  
ippi



DIOMIDES.  
et  
ALIA.

C

4350

1212






DIALOGI.

gebatur, ac cum iam nullo pacto mei compos eram  
 somnum arreptus sum, ibi ille praeustam exacu-  
 dem dormientem me exoculat, atque ab illo usque  
 pore luminibus careo. NEPTVN Proh fi-  
 altum dormiebas, qui in ipsa excaecatione no-  
 Ceterum Vlysses quo pacto euasit, sat eni-  
 non potuisse dimouere saxum à ianua. Cui  
 Immo ipse illud abstuli, quo melius egre-  
 aperem, consistens igitur pro forib[us]  
 ban protentis manibus solas oues  
 mittens, arietique mandabam qu[od]  
 me subire oporteret. NEPTVN  
 sub illis latitans clanculum em-  
 pas aduersus illum inclama-  
 ritauit pater, ac succurrere  
 nomine insidiatoris, ac  
 insanire me credentes.  
 ratus ille nomenclat[ur]  
 multo egerimum  
 mihi exprobrare  
 inquit Neptun[us]  
 numo fili, tua  
 culo

344  
 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9  
 UB Rostock  
 the scale towards document

45  
 3.0  
 150

100  
 50  
 0  
 100  
 50  
 0



*scriptura sua  
 hypochromata*